



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Facti Species Cum solida Remonstratione non  
existentis Prætensæ Electionis Serenissimi Principis  
Josephi Clementis Bavariæ Ducis junctâ resolutione  
diversarum quæstionum pro firmando ...**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

Lit. D. / Ad Lit. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38262**

xerint, non est suæ Eminentiae, sed iis attribuendum, qui publici boni causam rei privatæ commodis postposuerunt, sed de his plura dicere pax vetat, nec refricatum fuisset vulnus illud, nisi acerba Comitis Imputatio Cardinalem invitum eo adegisset. Sextò Aſt dira est calumnia, vix homini Cordato toleranda, quod Eminentissimus Cardinalis Argentoratum ab Imperio avulserit, atque arcem Leodium sem exteræ potentiae tradiderit, quam non relinquaret in ultam, si malitiosus delator notus esset, qui ad eam devinit proterviam, ut Sacram Cæsaream Majestatem calumniis tam Apertis circumvenire non erubuerit. Quis est qui nesciat, quod Leodium eo tempore in Gallorum manus inciderit, quo Cardinalis jam dudum in Custodia Viennensi detinebatur? quomodo Ergo indistans agere poterat, cui omnis agendi potestas, & eorum quæ agebantur notitia adempta erat? quod Dominus Cardinalis Leodium recuperaverit, quod arcem diruiam reparaverit, quod limites Imperij pro posteris adversus omnes hostium incursus muniverit, hæc omnia & vera & nota sunt, sed tacentur, quia in gloriam Cardinalis vergunt, quæ verò in vituperium ejus tendunt, finguntur, & contra fidem publicam publicè pro veris venditantur,

De Argentina ab Imperio avulsa par est Calumnia, quæ probari facile posset, nisi notoria esset, abest tantum id Domini Cardinalis machinationibus deberi, ut nec sciverit solum, an & quomodo factum sit.

#### Lit. D.

**N**unc quoque illum Diœcesin hanc novo periculo exponere, fortalitia suspeditis praesidiis & belli officialibus confidere, Bonnam cuius nescitur ære munire, adeo-

#### Ad Lit. D.

**I**n quo consistat periculum cui D. Cardinalis hanc Archi-Diœcesin exponit, nemo potest Capere, certum est, nihil ei tamen esse cordi, quam ut Diœcesis hæc, & totus que

que Archi-Episcopatum præ- Orbis Christianus, perpetuā  
dam Victoris ferius aut citius pace ac tranquillitate gau-  
futurum &c. deat; quæ etiam causa de-  
functum Dominum Electro-

rem movit, ut durante morbo suo, Litteras ad Conscriben-  
dum Militem ipse manu suā signaverit, & pecuniam in eum  
usum expenderit; Nec ullus, aut officialis aut Miles est, qui  
non Decano & Capitulo fide, juramento firmata, devinctus  
sit, & si Electio facta fuerit, omniaque in statu paccato exi-  
stant, consulendum erit, quid novus Archi-Episcopus, ad-  
hibito Capituli consilio desuper statuiturus sit. Ac quam-  
vis nemini rationem reddere teneamur, ex cuius ære Resi-  
dentialia Bonnensis muniatur, ut nec alij ad Rhenum Electro-  
res ac Principes hac super re examini sistuntur, nihilomi-  
nis ad stabiliendam Imperij securitatem & cæptas esse, &  
adhuc perfici.

Mirum est cur hæc propugnaculi exstructio suspicione-  
creet, cum exteri majorem eas apprehendendi causam  
habeant; an non Laudandum potius, quām perstringen-  
dum est tam bonum opus, quod Limites Imperij securos  
redit, Diœcesim ab inopinis Incursis præservat, & tan-  
tum ei securitatis tribuit, ut non tam facile præda viatoris,  
nec ante hac cujuslibet græffatoris spolium esse debeat.

*Lit. E.*

**N**on posse virum talem ad  
Collegium Electorale ad-  
mitti, nec esse dubium, quin  
parem hæc nova postulatio,  
si fiat, cum priore sit sortitu-  
ra effectum.

statuendum aliquid, quod Bullæ aureæ, quod fundamenta-  
libus Imperij sanctionibus, & libero eligendi jure adverse-  
tur;

*Ad Lit. E.*

**P**erpensis Litteris Româ-  
Ratisbonâ, & ex aliis au-  
lis advenientibus, major af-  
fulget spes admittendam es-  
se postulationem, & vi ejus  
Sessionem in Electorali Col-  
legio concedendam, quam  
statuendum aliquid, quod Bullæ aureæ, quod fundamenta-  
libus Imperij sanctionibus, & libero eligendi jure adverse-  
tur;